MISSALE CLAUSTRONEOBURGENSE
Klosterneuburg, 14. bis 15. Jh.

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=917
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

vt nobis esset pontifex:
sanctus innocens inpol-
lutus segregatus a pec-
catoribus et excelsior celis
factus: qui non habet cottidie
necessitatem quemadmodum
sacerdotes primum pro suis
delictis hostias offerre
deinde pro populi. Hoc enim
fecit semel se offerendo
dominus noster ihesus christus. Ad he-
breos. Omnis
pontifex ex hominibus
assumptus pro hominibus
constituitur in hiis que sunt
ad deum ut offerat dona
et sacrificia pro peccatis:
qui condolere possit hiis
qui ignorant et errant:
quoniam et ipse circumdatus est
infirmitate. et propterea
debet quemadmodum pro
populo. ita etiam pro semetipso
offerre pro peccatis: nec quis
quam sibi sumat hono-
rem: sed qui vocatur a
deo. tamquam aaron. Sic

et christus non semetipsum
clarificavit ut pontifex
fieret: sed qui locutus
est ad eum filius meus
es tu ego hodie genui
te: quemadmodum et in
alio loco dicit. Tu es
sacerdos in eternum secundum
ordinem melchisedech.
Lectio malachie prophete.
Hec dicit dominus. Sciatis
quia misi ad vos man-
datum istud ut esset pac-
tum meum cum leui: dicit
dominus exercituum. Pactum
meum cum eo vite et pa-
cis. Et dedi ei timorem
et timuit me: a facie
nominis mei pavebat. Lex
veritatis fuit in ore eius.
et iniquitas non est in-
venta in labiis eius.
In pace et in equitate
ambulavit mecum: et
multos avertit ab iniqui-
tate. Labia enim sacerdo-
tis custodiunt scientiam: et